preparari. uestimenta subpeditari. omnemq; commoditatem curam non deesse confidant. & hæc a dño donec acceperint non recedunt. & cum acceperint gratias confitentur. & hoc perpetuo gerunt. Dauid igitur demonstrare festinans quod a dño solo solacium postulant. & quod perpetuo depcantur. & quod nulla spe nisi di misericordiam consulantur. & quod sua bona tamquam seruorum peculia ipsi debentur. posuit seruii & ancillæ personam. & quia mea mutabantur addm. animo elati fastidio non obtemperare curabant. sola calamitate corrigunturur. & captiuitate mortantur. & se ibe numquam recessuros pollicentur. donec eius misericordiam mereantur. donec inquit misereatur nobis. Non dixit donec mercedem reddat. aut donec uicem restituat. sed donec misereatur nobis. & nos igitur continua depcatione debemus insistere. & si acceperimus & si non acceperimus ne recedas. Nam cum hoc facis. incunctanter accipies. Nam si illius impii iudicis agrestem mentem uniuus uidua assiduae uerba flexerunt. tu quam ueniam poteris promereri. si ad fundendas preces aliquo fueris fastidio superatus? Inspice famulos dominorum uestigiis inherentes. & in ipsorum nutu sollicita obseruatione pendentes. hos imitare. hos sequere. obsequium dño quod debes & solue. & seruitio tuo eum placare festina. & omnia preter mittens illius precepta conseruia. & facile poteris semper quæ posas.

Miserere nobis dne miserere nobis qm multum repleti sumus despectione. multum repleta est anima nostra. Uidisti mentem dolore contritam. salutare misericordia depcatur. & ingentis semole supplicii laborare proclamat. sicut & daniel ait. qm deminuti sumus